



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli

Viegas, Brás

Parisiis, 1615

De capitis, & capillorum candore, variæ expositiones. Caput autem eius & capilli erant candidi, tanquam lana alba, & tanquam nix. Sectio VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39261

Charitas
cor zona &
catena
Ad Coloss.
3. 14.
Exod. 26.
32.

enim charitas zona dicitur, quia reliquas omnes virtutes astringit, & continet: Unde à Paulo vinculum perfectionis, appellatur ad Colossenses tertio. Super omnia autem hac charitatem habere quod est vinculum perfectionis. Eandem que ob causam catenulae illae aureae, quae erant in rationali Pontificis, Exodi 28. charitatem adhibebant, quae instar catenae habet reliquas omnes virtutes religatas, Facies, inquit Dominus, in rationali catenas suis inuicem coherentes ex auro purissimo, & duos anulos aureos, quos pones in utraque rationalis summitate, catenasque aureas iunges anulis, qui sunt in marginibus eius, & ipsarum catenarum extrema duobus copulabis vincinis in utroque latere super humeralis, quod rationale respicit. Quem locum expendens Beda, Catena inquit, ex auro purissimo est continuatio casta, & non ficta dilectionis, (Rationalis) id est cordis firmiter affixa. Duae autem sunt, quia duplex est amor, Dei videlicet & proximi. Recte autem charitas per catenulas aureas significatur, quia sicut catenula ex plurimis auri virgulis contextitur, ita charitas ex multifaria virtutum operatione perficitur, quas virgulas Apostolus enumerat 1. ad Corinthios 13. cum ait, Charitas potens est, benigna est, non amulatur, &c. Sunt etiam anuli aurei à quibus catena dependet, id est, iugis memoria nunquam finienda gloria in caelis, ex qua memoria fit, ut maneat in nobis continua vincula caritatis. Duo vincini quibus inferuntur catena, sunt firma intentio Deo placendi in principio boni operis, siue prospera siue, aduersa occurrant: hoc est enim in utroque humero esse vincinos, qui catenulas Rationalis excipiant. Haec Beda. Quibus addi potest propterea catenulas ex humeris dependere, quia amor operibus demonstratur quae per humeros exprimuntur.

Amor operibus demonstratur.
III.
Rupertus.
Psalm. 92. 1.

Non displicet etiam Ruperti Abbatis expositio zonam auream auctoritatem Christi regiam interpretantis, ab omni miseria & mortalitate liberam, de qua Regius Yates ait Psalm. 92. Dominus regnavit, decorem induens est: indutus est dominus fortitudinem & praecinxit se. Decorem, inquit, & fortitudinem qua indutus est, qua praecinxit se Dominus regnans, regno peccati destructo, & superata morte per zonam auream intelligimus, qua nunc apparet ad mammillas praecinctus, cur enim ad mammillas, quarum in medio locus est cordis, nisi ut talis praecinctura significet vitalem statum quem Christus nunc habet, quia nimirum iam Rex est immortalis, iuxta illud ad Romanos 6. Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Itaque tria demonstrata sunt Ioanni, nimirum esse similem filio hominis, id est hominem: esse vestitum podere, id est sacerdotem esse praecinctum ad mammillas zona aurea, id est regem esse.

Status gloriae vitalis.
Rom. 6. 9.

V.
Alacritas
Episcoporum
in administrandis Ecclesiis.

Accipe & quartam expositionem. Qui opus aliquod aggressurus est, solet vestes praecingere, ne impedimento sint: Christus igitur in hoc opere Ecclesiam administraturus praeciptaque & instructionem daturus Episcopis, praecingit se ad opus alacriter promptaque perficiendum: ad mammillas autem praecingitur ubi sedes est cordis, ut Ecclesiae administrationem ex amore proficisci intelligamus.

De capitis, & capillorum candore, variae expositiones.

Caput autem eius & capilli erant candidi, tanquam lana alba, & tanquam nix.

SECTIO VIII.

I.
Prima expositio communis.
1. ad Cor. 11.
3.
Cant. 5. 11.

Caput eius, & capilli ait Ioannes, erant candidi, tanquam lana alba, & tanquam nix. Prima expositio, & communis est, isto capitis & capillorum candore, Christi quatenus Deus est, aeternitatem, diuinitatemque significari. Etenim caput Christi, Dense est, ut ait Paulus 1. ad Corinthios 11. & eodem sensu, Can-

ficorum 5. Caput eius aurum optimum appellatur; capillorum autem candor an-
 quitatem & aternitatem notat. Porro de Patre eius dicitur Danielis 7. 7. Et capilli
 capiti eius quasi lana munda, Etenim, ut ait Rupertus, Huius atque illius capilli capiti
 aque candidi sunt, & uterque per candorem capitis senex ostenditur nulla distantia, quia nec an-
 no, nec mense, nec die, nec hora, nec puncto temporis, sicut iste iunior est illo tam sene Patre suo, iux-
 ta illud Iohannis 1. in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum. Dionysius Arce-
 pagita cap. 10. de Diuinis nominibus obseruauit aliquando scripturam represen-
 tare nobis Deum quasi senem, & antiquum, quo denotet eius aternitatem, ali-
 quando tanquam iuuenem, & aetate florentem, ut significet cum eius antiquitas
 coniunctam esse immarcescibilem pulchritudinem, iuxta illud Psalmi 101. Ipsi peri-
 bunt, & sicut vestimentum veterascunt, tu autem permanes, & idem ipse es, & anni tui non deficiet.
 Secunda est Andreae Caesareae in Cappadocia, & archiepiscopi, & Arethae per ca-
 pitis & capillorum candorem mysterium incarnationis, & quae illud in lege gra-
 tiae consecuta fuit, significari, quae licet in tempore extiterint, tamen a Deo ex
 aternitate definita, ideoque in capitis & capillorum candore adumbrata: capillo-
 rum enim candor & splendorem cominet, quo videntur, simulque canitiam & anti-
 quitatem designat: quare in capillis ob splendorem quidem exprimitur, Christi
 mysterium nobis in tempore factum fuisse, conspicuum, in canitie vero fuisse a
 Deo ante omne tempus ex aternitate constitutum: Ita accipienda arbitror verba
 Arethae quae sic habet, τὸ γὰρ καὶ χεῖρον μακρὸν ἐξείνεν τῆ ὀπίσθεν αἰ-
 κῆ δι' ἡ μὰς. ἀλλὰ τὸ ἐπιφανὲς τῆ ἐν δοκίμῃ διδὸν Πάυλος φησὶ ἀλλὰ αὐτῶ, ἡ μὲν ἡ-
 εἰον τὸ εὐδοκίμων ἐπὶ τῆς αἰῶνος, ὡς δὲ φησὶ τὸν τοῖς ἀγαθοῖς αὐτῶ τὸ τὸ ὅτι
 ποῦ ἀλλ' ὡς εἰ γὰρ τὸ σὺ μὲν εἶ. Ea sic transfero, Mysterium Christi illustre,
 clarumque est, & quamquam apparitione & propter nos nouum recensque sic,
 nihilominus est confitio & beneplacito aeternum, vnde Paulus de ipso ait ad Co-
 llossenses 1. Mysterium quod absconditum fuit a seculo & generationibus, nunc autem ma-
 nifestatum est sanctis eius: id quod capillus canus, & inftar niuis candidus significat.
 Tertia expositio est Rupertus in hunc locum, per capillos verba Dei intelligentis.
 Capilli, inquit, a capite procedunt, & multi sunt, multa enim sunt verba Dei quae de
 vno, vel per unum verbum, quod erat in principio processerunt: nam verbum Deus,
 vnu caput est, verba autem multa, quae ab eo per Prophetas processerunt, quasi
 multi capilli vnius capitis sunt. Cur autem lana assimilantur: quia videlicet sicut
 ex lana in fufum transmissa texendo fit vestis, sic de multiplicibus Dei verbis in
 linguam, vocemque Prophetarum transfusus scribendo contexta est sacra scri-
 ptura: & recte tanquam lana alba, seu ut est apud Danielem, tanquam lana munda,
 dicuntur, quia eloquia Domini, eloquia casta: Psal. 11. Et lex Domini immaculata,
 conuertens animas. Plal. 18. Additum est, tanquam nix, propter emundationem, quae
 per niuem significatur. Vnde dicitur Psal. 50. Lavabis me. & super niuem dealbabor.
 Et Esai. 1. Si fuerint peccata vestra ut coccinum, sicut nix dealbabitur. Denique quis
 quis coram isto cano capite assurgit, & candidis eius capillis reuerentiam exhi-
 bet, id est, verba eius digne suscipit, ipse quoque canescit, & senex meretur ap-
 pellari, iuxta illud Sapientiae 4. senectus venerabilis est non diuturna, nec anteriorum nu-
 mero computata, canis autem sunt sensus hominis, & etas senectutis vna immaculata.
 Quarta expositio est D. Augustini libro de Essentia Diuinitatis, in principio
 exponentis visionem Danielis cap. 7. quae huic est quam simillima, vbi per capil-
 los Dei, sanctos intelligit, quae expositio est etiam Bedae in commentariis hu-
 ius loci. Dicuntur autem sancti capilli capitis Christi: Primo, propter multitu-
 dinem, ut ait Beda. Secundo iuxta Pannonium, quia sicut capilli de capitis

Daniel 7. 9.
 Rupertus.
 Ut Pater, sic
 aternus Fi-
 lius.
 Ioan. 1. 1.
 Dion Arcep.
 Cur aliquā-
 do, ut senex,
 aliquando
 ut iuuenere-
 presensatur
 Deus.
 Psal. 101. 27.
 II.
 Secunda ex-
 positio ex
 Andr.
 Caesariensi.
 Incarnatio-
 nis mysterio
 ex aternitate
 constitutum.
 Ad Col. 1.
 20.
 III.
 Tertia expo-
 sitio ex Ru-
 perto.
 Prophetarū
 verba capil-
 lis comparā-
 tur.
 Daniel 7. 9.
 Psal. 11. 7.
 Psal. 18. 8.
 Psal. 50. 9.
 Esai. 1. 18.
 Sapient. 4. 8.
 IIII.
 Quarta expo-
 sitio ex Au-
 gustino.
 Beda.
 Daniel. 7. 1.
 Sancti capil-
 li capiti
 Christi.
 Beda.
 Pannoniū.

VIEGAR
 IN
 APOCALYPTICA
 171
 23

substantia non sunt, sed de eius tamen virtute procedunt: Ita sancti quamvis sub-
stantiam Divinitatis non participant, virtutem tamen gratiae à Christo hauriunt.
Tertio. Quia haec rasi capilliterum pullulant, quia radices in capite remanent,
ita fideles etiam à capite suo, id est, Christo, per peccatum aliquod abscedantur,
quia tamen fidei radices remanent, possunt per gratiam denuo succrescere.

Quinta expositio est Richardi de sancto Victore, qui per capillos Christi intel-
V. ligit creaturam rationalem, quae à capite Christo originem trahit & crescendi
vegetationem accipit. Et quidem per lanam, quae de terrenis animalibus oritur,
naturam humanam: per niuem, autem, quae de supernis est, Angelicam signifi-
cari putat: simul adverte hunc candorem, quem caput habet per naturam, ca-
pillos habere per gratiam.

VI. Sexta est ex D. Augustini, de Cirina desumpta, iuxta quam possumus per ca-
pillos Christi sacramenta intelligere: sic enim ille tractatu 57. in Ioannem, inter-
Sexta expo- pretatur illa verba Canticorum 5. *Aperi mihi soror mea, quia caput meum repletum*
suo desump- *est rore, & crines mei guttus nocturni. Nox, inquit Augustinus iniquitas est, ros vere eius,*
tur ex D. Au- *& guttus, qui sunt qui frugesunt & cadunt, & faciunt refrigerare caput Christi, hoc est, ve-*
gust. doctri- *na non ametur. Deus. Caput enim Christi Deus 1. ad Corinth. 11. sed portantur in crinibus, id*
1. ad Corint. *est, in sacramentis visibilibus tolerantur, nequaquam tamen inter ra sensus attingunt: Cui*
11. 4. *expositioni congruit illud, quod de Sampson dicitur Iudic. 16. Quod in septem*

Iudic. 16. 19. *crinibus maximam vim haberet fortitudinem: quibus resectis fortitudo ab eo*
In sacramen- *recessit. Etenim in septem sacramentis quasi in septem crinibus Christus suam*
tis, Christi *fortitudinem ostendit, quia ea ad gratiam communicandam instituit, quae cum*
fortitudo. *haeretici negant, quasi Christo fortitudinem excindere moliantur.*

VII. Septima est Ioachimi, per capillos candidos, iudicia Christi mundissima, ac iu-
Sextima ex- stissima accipientis, iuxta illud Esaiæ 55. *Non enim via mea est via vestra, neque cogita-*
positio ex- *tiones mea, cogitationes vestrae: lana autem & nivi comparantur, quae naturaliter, al-*
Ioachimo. *ba sunt: quia Deus quidem natura, homo autem Dei gratia iustus est.*
Esai. 55. 8. *Deus naturae*
Deus naturae *iustus.*

Quamnam ex superioribus expositionibus sit praestantior,
aliaque ab auctore proponitur.

SECTIO IX.

I. EX omnibus his expositionibus, prima mihi excellere videtur quae canicium
Ostia ex- *ternitatem interpretatur; deinde ea, quam modo asseremus, quae sit ordine*
positio auto- *Octava. Dicimus agitur, in capillorum candore puritatem vitae Christi, expres-*
ru. *sam esse, tunc enim puritas perfectissima est cum capilli omnes, id est, omnes co-*
Puritas vite *gitationes candidissime sunt, ac purissimae. Per capillos, enim cogitationes op-*
in quo confi- *timo aure significatur, quae instat capillorum ex capite, hoc est ex ratione pul-*
stat. *lulant. Triplex autem est purissima huius similitudinis ratio. Prima est, quia cogi-*
Cogitationes *tationes, instat capillorum tenuissimae, ac subtilissimae sunt, quas propterea diffi-*
capitis com- *cile admodum est sibi et se discernere, ac adiudicare. Atque hoc sensu interpreta-*
parantur ab *ti soles illud Canticorum 4. *Vulnerasti cor meum soror mea, sponsa, vultu tuo, cor meum**
vita. *& 10. *in uno de oculis tuorum, in uno crine colli tui: quod nimirum Ecclesia, & Virgo bea-**
In corde cur *lissima, vel in minimis cogitationibus, in quibus propter tenuitatem labi est facil-*
sponsa spon- *issimum; cor sponsi vulneraverunt; hoc est, ei maxime placuerint. Sic etiam pos-*
sum vulner- *sumus accipere illud Christi dictum Apostoli, Luca 12. *sed, & capilli capitis ve-**
straverit. *stri omnes numerati sunt. Et cap. 12. *Capillus de capite vestro non peribit: quia videli-**
Luc. 12. 7. *cer nulla bona sanctorum, vel minima cogitatio deperit, sed omnes curiose à*
Idem 21. 1. *Deo*